

denciam & perpetuam firmitatem, sigilla nostra presentibus duximus annexenda, Datum & actum Thorsas, Anno domini, M<sup>o</sup>.CC<sup>o</sup>, Nonagesimo, V, kal Septembris.

Bägge sigillen bortfallne, stycken af rémsorne qvar.

1021.

1290 d. 29 Sept.

F. d. Lagmannen öfver Vestergöthland Algot Bryniulfsons gåfvobref på jord i Östergötland till Risabergs kloster.

A. 3. n. 4. 13.

In nomine patris & filii & spiritus sancti amen, Ego ALGHOTUS BRYNIULFS SUN legifer quondam vesghotorum sanus & incolumis nutu & instinctu spiritus sancti diuinorum beneficiorum perfluenciam erga me licet indignum considerans & diem precogitans extremum ne cum misericors deus me ex hoc seculo vocauerit inueniat intestatum, & de collatis ad tempus beneficiis arguat vt ingratum, inter testamenti mei donaciones alias licet exiguas, sanctimonialibus in risæbiergh do & lego tres octenarios terre in apundhum in osghocia, cum vno manso ibidem sito, cum omnibus suis pertinentiis intra sepes & extra, racione & nomine testamenti, possessionem & dominium in dictas sanctimoniales transferens, quocumque modo voluerint ordinandi, In cuius facti testimonium sigillum meum presentibus est appensum, Actum anno Domini M<sup>o</sup>.CC<sup>o</sup> nonagesimo festo sancti michaelis.

Sigillet, något skadadt, på en ur brefvet klippt remsa.

1022.

1290 d. 31 Oct.

Sigtuna.

Biskopen i Åbo, JOHANS vidimation af Påfven NICOLAUS IV:s Bulla för Predikare-munkarne.

A. 1. 82.

Uniuersis presentes litteras inspecturis Frater JOHANNES, dei gracia aboensis ecclesie Episcopus, Salutem in domino sempiternam. Noueritis nos litteras, Sanctissimi Patris, Dominj Nicolai .IIII. non rasas, non abolitas, non concellatas, nec in aliqua sui parte viciatas diligenter perspexisse in hec verba. NICOLAUS &c. *Se föregående N:o* 969. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Siktun. Anno Domini, M<sup>o</sup>.CC<sup>o</sup>. Nonagesimo. in vigilia omnium sanctorum.

Sigillet bortfallet, remsan qvar.